



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijis, 1609

Vers Receptatores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

dicit, quamvis peccent. Idem asseruit Tolet. in Bulla Cœnæ Domini, Excomm. 5. in fine, ubi remiges peccare & ipse asserit contra christianos remigantes, quamvis metu mortis id faciant, id quod & pluribus tradidit Nauar. in capit. ita quorundam. no. 1. 1. numer. 10. cum sequ. de Iudæ. qui tamen eos in excommunicationem non incidere inquit.

Non etiam, qui eis in necessitate faveat, ut supra diximus de hereticis.

Postremo, ubi universitas eis favet, nam quod universitas excommunicationis capax non est, ut habetur in capitul. Romana. §. in universitatem. de sentent. exc. libr. 6. ob eam rem pœnam hanc evitabit, aliam tamen patietur. at gum. cap. postulasti, de iudæ. reliqua vide in eod. cap. 1. in ver. Fautores.

Verſ. Receptatores.

S V M M A.

I Receptator piratarum in excommunicationem incidit, que regula, quoque pateat, etiam declaratur.

Hic excommunicantur, qui recipiunt hos latrunculos maritimos ac Piratas. Et quoniam, quinam receptator sit, diximus in cap. 1. in ver. Receptatores, ob ea

rem hoc omisso, regulā breuiter ponamus.

In excommunicationem hanc quoque † incident receptatores horum latrunculorum, quæ regula locum habet, vel ipsos, vel sua recipient, & sic de habitacione eos accommodent, ut dixit Rebuff. in Prax. benef. in expositione Bullæ Cœnæ Domini. articulo secundo. versicul. Auxilium, sic enim & furti tenetur, qui res futtiuas a fure habitas recepit, ut habetur in §. conceptum. in fine. in Institut. de obligat. quæ ex delicto nasc. locum etiam habet in omnibus casibus, in quibus antecedentes regule locum habent. Hanc tamen pœnam euadunt omnes in casibus, in quibus Piratae etiam euadunt, & ipsi fautores, & in quibus hereticorum receptatores euadere diximus. eod. versi. Receptatores.

Et quoniam de defensoribus eadem sentimus, quæ de defensorebus hereticorum antea diximus in capit. 1. versicul. Et generaliter quoslibet illorum defensores; & hec regula easdem ampliationes, exceptionesque patitur, quas superiores regula huius capituli patiuntur, ob eam rem ipsis omissis, ne actum agamus, ad quartum capitulum veniamus.

De

